Erw.: Uebinger, Kardinallegat 661; Paquay, Mission 291; Vansteenberghe 488; Vansteenberghe, Cardinal-légat 105.

Hierzu noch das Diarium Adriaans: Tantumque fuit clerus accensus contra eum, quod amici sui non audebant eum visitare.

---

[1]) *S.o.* Nr. 977.

[2]) *Mont-Cornillon. S. auch* Nr. 1906 *Z. 2f. — Prior war hier der Reformtheologe Jakob von Gruitrode (1400/1410–1475), der Dionysius den Kartäuser zur Abfassung mehrerer Schriften veranlaßte; A. Gruys, Cartusiana I, Paris 1976, 110, und: Supplément, Paris 1978, 452 (mit Literatur); H. M. Blüm, Lexikale Übersicht der Kartausen im deutschen Sprachraum usw., in: Die Kartäuser. Der Orden der schweigenden Mönche, hg. von M. Zadnikar und A. Wienand, Köln 1983, 338; Seynaeve, Jacobus van Gruitrode; G. Hendrix, in: Nationaal Biografisch Woordenboek XII, Brüssel 1987, 322–328; Meuthen, Nikolaus von Kues und Dionysius der Kartäuser 117f.*

[3]) *Man findet in der Literatur immer wieder die Behauptung, Dionysius der Kartäuser habe NvK in Lüttich begleitet und in Reaktion auf die NvK zuteil gewordene Behandlung ebendort eine große Mahnrede an B. Johann von Lüttich gehalten. Vgl. etwa Scharpff, Cardinal 177; Düx, Der deutsche Cardinal II 29; Mougel, Denys 58f., und: Dionysius 67f.; Keiser, Dionys des Kartäusers Leben und pädagogische Schriften 196; Scholtens, Het Roermondse Kartuizerconvent 234. Es handelt sich jedoch um die recht willkürliche Plazierung einer bei Loër ohne Ortsangabe erwähnten Rede nach Lüttich. — A. Stoelen, in: Dictionnaire de Spiritualité III, Paris 1967, 434, bemerkt zur Abfassungszeit des* Exhortatorium novitiorum *(Opera omnia XXXVIII 525–545): "après le séjour à la chartreuse de Liège, à l'occasion du voyage du cardinal de Cues", gibt aber keinen Beleg.*

1451 Oktober 16, Kartäuserkloster vor Lüttich. **Nr. 1899**

NvK an den Abt Heinrich und die Profeßmönche und -brüder des Benediktinerklosters Sint-Truiden zu Sint-Truiden in der Diözese Lüttich. Er gibt ihnen Reformstatuten mit detaillierten Anweisungen für das Klosterleben.

Kop. (um 1600): LÜTTICH, *Université, Bibl. Générale, Ms 287 f.* 196^r–198^v. *Vgl. zur Hs.* (Ceremoniale et Regulae . . . de observantia Bursfeldensi, *sodann* Nr. 1899, *gefolgt von Privilegien für die Kongregation; Provenienz: Sint-Truiden): Bibliothèque de l'Université de Liége. Catalogue des manuscrits, Lüttich 1875, 185 Nr. 262. Unter dem Text:* Sic subscriptum super plicam: H. Pomert.

Druck: Berlière, Statuts 378–380 (mit irriger Signatur "288", die seither in der Literatur unbesehen übernommen worden ist; freundl. Richtigstellung durch Dr. C. Opsomer-Halleux in Lüttich).

Erw.: Berlière, Origines, in: Rev. Bén. 16, 500; (= Mélanges III 57f.); Berlière, Chapitres généraux, in: Bull. Comm. V 10, 142; Balau, Sources 624; Paquay, Mission 286f. und 291; Simenon, Organisation économique 86 und 320–322; Vansteenberghe 488; Koch, Umwelt 137; P. Pieyns-Rigo, in: Monasticon Belge VI 52.

Pridem dum ex iniuncto nobis legationis officio ad regularis vite observantiam in vestro monasterio reintroducendam vos visitaremus[1]), vos omnes et singuli, qui tunc presentes eratis, in nostris manibus sponte et solemniter promisistis, quod amplius regularis vite observantiam tenere et ea omnia, que vos iuxta regulam et statuta dicti ordinis sancti Benedicti fieri et observari ordinaremus, acceptare et observare velletis, utque a tribus substantialibus religionis cuiuslibet initium sumeritis, omnibus et singulis propriis tam in genere quam in specie vos monachi et fratres predicti una cum officiorum dimissione coram nostro secretario et aliis fide dignis in manibus vestri abbatis libere resignastis. Ne igitur alia ad reformationem et regularis vite observantiam necessaria etiam negligantur, vobis abbati et monachis prefatis in virtute sancte obe-

---

[1]) *1451 X 7/9; s.o.* Nr. 1863 *und* 1864.

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

dientie et sub penis iuris districte precipiendo mandamus, quatenus infrascripta puncta observetis:

Et primo, quia administratio spiritualium et temporalium per apostolicam sedem tibi abbati commissa est[2]), idcirco volumus te uti illa potestate, ita tamen, quod amplius conventus et abbatis dicti monasterii bonorum et reddituum separatio non sit, sed omnia communia sub administratione tamen tua existant. De officiis etiam cum tui conventus consilio sic ordines, ut officiales, qui pro tempore fuerint, tibi in conventus aut ab eo deputandorum presentia de administratis per ipsos rationem reddant et omnia ad tuam iussionem agant.

Volumus etiam, quod illi, qui actu a dicto monasterio absentes sunt, ab omni fratrum consortio et ecclesie ingressu suspensi sint, nisi mox, ut venerint, tibi abbati et in tuis manibus promiserint recipere reformationem et ordinationes nostras, prout alii fecerunt, quodque etiam ipsi propriis et eorum officiis, si aliqua habent, resignare teneantur in tuis manibus, prout per alios factum est. Et nisi intra triduum hoc fecerint, prohibemus, ne quicquam eis ex bonis monasterii de necessariis etiam esculentis et poculentis ministretur.

Item volumus, quod tu abbas post resignationem prioris de alio priore bono et honesto verum zelum reformationis habente provideas.

Volumus insuper, quod dictum monasterium sancti Trudonis clausuras suas habeat debitas, ita ut nullus illud intrare nec ab eo exire possit sine tui abbatis presentia aut portenarii ad hoc mandatum habentis, et quod mulieres nec in choris nec in claustris sive monasterium ipsum predictum aliquo modo amplius intrent, quodque tu, abbas antedicte, convivia et evagationes, quantum fieri potest, evites, nunquam nisi ex necessitate extra tuum monasterium existendo, prebeasque etiam fratribus tuis bonum exemplum frequentius in refectorio comedendo, ubi nunquam esus carnium conceditur, sed semper ibi lectio et silentium erit. Et si propter hospites te a refectorio abesse contingat, sine lectione etiam cum hospitibus non reficiaris; et volumus, quod in mensa cum hospitibus intra monasterii cepta nunquam carnes ministrentur. Item quod in monasterio preter coquinam infirmarie nullibi decoquantur carnes, et quando tibi abbati semoto omni scrupulo videbitur, quod aliquis fratrum tuorum ob quamcunque rationabilem causam debilitatis aut infirmitatis indigeat carnibus, illum ad infirmariam mittas et cameram sibi convenientem, ubi aut solus ⟨aut⟩ cum aliis carnes edat, deputes. Et pariformiter, quando tu ipse carnibus indigueris, ibidem cameram habeas et carnes edas, alios indigentes ad te, quando videbitur, advocando. Volumus etiam, quod in refectorio fratres bene tractentur sine defectu et melius ibidem quam extra, ut potius in refectorio quam extra illud esse appetant.

Item volumus, quod sicut omnes fratres de uno cellario refici, ita de uno vestiario vestiri et in uno dormitorio dormire debeant.

Mandamus quoque, ut preter cellam nullus fratrum propriam domum aut cameram habeat et quod domus particulares fratrum, si que sunt, destruantur et communia loca edificentur.

---

28 verum: virum   35 comedendo: commendendo   43 cameram: cameram habeas   50 particulares: particularium.

---

[2]) *1443 VI 14; Monasticon Belge VI 52.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

Item quod silentium teneatur locis et temporibus suis, prout in aliis locis et religionibus reformatis fieri solitum est, quodque fratres ipsius monasterii divinum officium diurnum et nocturnum absque clamorosis vocibus cum gravi modestia et devotione, non tamen nimis tractim peragant.

Consulimus etiam, quod abbas aliquos reformatos monachos ad tempus de alio monasterio recipiat, qui viam et practicam opere et sermone suis ostendere possint.

Huiusmodi autem ordinationem et voluntatem nostram non solum per vos abbatem et monachos prefatos, sed etiam per futuros ipsius monasterii abbates atque monachos sub penis iuris observari volumus atque etiam mandamus, ut per vos et illi in regulari observantia deo fideliter serviendo eterna premia, que sola appetenda sunt, consequi mereantur.

Et ut premissa ardentius impleantur, exhortamur in domino reverendum in Christo patrem dominum Iohannem episcopum Leodiensem, ut ipse una nobiscum presentibus faciat sigillum eius appendi. Datum *usw.*[3])

---

62 mereantur: mereamini.

---

[3]) *Vgl. hierzu Monasticon Belge VI 52: "La communauté ne respecta pas ces décisions. Quelques années plus tard, en 1469, Henri de Coninxheim" (der in der Adresse genannte Abt) "résigna sa charge." S. auch* Nr. 1864. *Erst 1603 kam es zum Eintritt in die Bursfelder Kongregation. Die Entstehung der Hs. dürfte damit zusammenhängen. Nachträgliche Randbemerkungen zu* Nr. 1899 *aus den Jahren 1603 und 1614 betreffen entsprechende Verfügungen zur Gestaltung des Gottesdienstes.*

1451 Oktober 17, Kartäuserkloster vor Lüttich. — Nr. 1900

NvK an den Abt von St. Jakob in Lüttich[1]) *und an die Dekane von St. Paul in Lüttich*[2]) *und St. Peter in Löwen.*[3]) *Er beauftragt sie mit der Obsorge für die Einhaltung der von ihm am 5. Oktober 1451 den Schwestern von Sinte-Luciëndal bei Sint-Truiden gewährten Urkunde.*[4])

Kop. (Ende 15. Jh.): Brüssel, *Arch. Gén., Kerk. Arch. Brab. 15076 (s.o.* Nr. 1643*) f. 43^{v} (alt: 41^{v}) (= a) und f. 71^{r}–72^{r} (= b). Unter dem Text in b:* Visa. T. L. Super plicam: H. Pomert. — *Abgekürzte Zitierung in der Kopie der Exekution von 1452 VI 29 (s.u. Anm. 5).*

Erw.: Paquay, Kerkelijke Privilegiën 49f. Nr. 107; Paquay, Documents pontificaux 175; Paquay, Sinte-Luciëndal 39; Persoons, Enkele Nota's 111 Nr. 12C.

Er habe kürzlich zugunsten der Priorissin und des Konventes des Hauses Sinte-Luciëndal vom Orden der Regularkanoniker des heiligen Augustinus ein Schreiben nachstehenden Inhalts erlassen. (Folgt Nr. 1846.*) Mangels sicherer Kenntnis über das darin Ausgeführte habe er den Lütticher Kanoniker* Arnoldus de Witte, decr. doct., *mit der Prüfung und eventuellen Bestätigung beauftragt. Nach Ermittlung der Richtigkeit habe dieser die Bestätigung kraft der auf ihn übertragenen Legatengewalt nach Ausweis des von ihm darüber ausgestellten Schreibens erteilt.* Attendentes, quod nostre littere prefate eisdem priorisse et conventui et sororibus aliorum peregrina intumescente instancia modicum forsan commodi vel fructus afferrent, nisi super observandis huiusmodi illesis existerent, qui repressis aliorum importunis motibus nostre legationis ministerii suffultu tuerentur easdem, *übertrage er den Adressaten hiermit die Obsorge für die Einhaltung seines Schreibens und gebietet dessen Verkündigung, wenn Priorissin, Konvent und Schwestern im Widerspruch dazu belangt oder belästigt werden,* contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis extiterint, per censuram ecclesiasticam ac alia iuris remedia iuxta formam litterarum apostolicarum conservatoribus, priori et conventui monasterii in Wyndesem dicti ordinis Traiectensis dyocesis directarum, quas alias eciam autentice vobis exhibitas vel ostensas quo ad hoc ipsis priorisse et conventui et sororibus suffragari volumus, efficaciter amplectendo, non obstantibus omnibus in dictis litteris contentis et aliis contrariis supradictis, seu si aliquibus com-

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.